

Ex registro Far  
femi num. 12

747

f Int IIII

In nom. Dni Dei Salvatoris nostri J. C. Temporibus  
 Dni Lysonis gloriosi et summi Ducis gentis Longobardoru  
 anno eius in Dei nomine primo sed et viro magifico Gode-  
 frido Gastaldione civitatis Reatinę mense Nov. primo Ind.  
 Quisquis sana mente facinorum et delictorum pertractans  
 profunda eterni regni beatitudinē desiderat, metum gehennę  
 et incendia ignis expandens oportet eum sue salutis tractare  
 remedium quatenus in hac vita feliciter vivere debeat et  
 in eterna vita cum Deo regnare valeat. Quade re ego  
 Adualdus et Audolfus considerantes humanę fragilitatis  
 et reuli huius excessum quia omnes qui in hoc mundo  
 sumus morti iugiter subiacemus iuxta testimonium Pro-  
 phetę ubi dicit Quis et homo qui vivit et non videbit  
 mortem, ideo pro remedio anime nostre tradidisse  
 atque tradidimus et in eterna traditione concedimus  
 casales duos, id est Astianum qui fuit casalis Audolfi  
 et casale qui dicitur Fiola qui fuit Adualdi, unde pro-  
 istis duobus casalibus quos tradidimus in p[re]s[ent]e Mon. S.  
 Marię resusepimus ego Adualdus et Audolfus a te Gode-  
 frido G[ra]s Gastaldione casales duos ubi invenire in re pu-  
 blica potuerimus. Ita ergo ut ab hac die firma et sta-  
 bilit[er] sit nostra traditio in ipso S. Coenobio, et neque  
 a nobis, neque a nullo heredum posterorumque nostro-  
 rum aliqua <sup>alio</sup> causa ita vexetur, et qui hoc presumpserit  
 facere in primis in irā Dei incurvat, et anathemati  
 subiacet a cccxviii Patr[ib]us insuper poenam exsolvat  
 auri libras duas, et chartula ista in sua permanens sta-  
 bilitate; unde pro perpetua firmitate ipsius S. Mon[ast]rii  
 hanc chartulam traditionis Gualiperto Notario tradidimus  
 scribendam, et vestibus a nobis rogatis optulimus, qui subter  
 signum S. Crucis fecerunt. Actum in Reate mense et ind[ic]e  
 signascripta feliciter signum + manus Adualdi concarnib[us]  
 aborib[us] signum + manus Audolfi concarnib[us] Et pro ipsi  
 casalibus duobus quos recipere debent Adualdus, et Au-  
 dolfus dedit qualdam p[re]s[ent]e Godefridus Gastaldio coram  
 omnib[us] circumstantib[us], ut ipsos duos casales sine  
 intermissione